



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorum, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob
[München], 1613

Annotatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

solito, ad nostri aduenferunt præsentiam, & præcepta actionum de ipsis ciuitatibus à nobis susceperunt, & in nostro seruitio atque obedientia fideliter cuncti permanent, nisi solummodo ipse Archiepiscopus in sua ferocitatis superbia existit: sed petimus te coram Deo viuo, præcellentissime fili, vt nullo modo hoc tibi placeat, vt ea, quæ, sanctæ memoriæ, genitor tuus, & tu ipse B. Petro concessistis atque obtulistis, quod absit, temporibus vestris, auferantur, & Ecclesia B. Petri per malignos homines, qui iniqua immittunt, humilietur; sed magis semper per vos exaltata permaneat.

ANNOTATIO.

Propter istam rebellionem & pernicitiam meruit Leo iste collocari ab Illyrico in Catalogo testium veritatis pag. 68. Scilicet quo quis est contumacioris & inflexibilioris cervicis, eo plus gratiæ apud Illyricum reperit, & eo omni exceptione Lutherana veritatis maior testis est. Et tamen, si Leo iste reuiuisceret, Illyricum, tanquam nefarium Nouatorem, execraretur, & in malam crucem abire iuberet. Obserua autem, Illyricum ex imperitia nesciuisse, qui sint apud Adrianum Pontificem oletani Canones; non enim à loco ita nominantur, sed à vetustate, nam oletanum Adriano nihil est aliud, quam vetustum & priscum.

